



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 79. Scriptores Catholici hoc anno mortui, eorumque opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

ratis & Cæsareorum Notariorum fide Sæc. XVIII.
 fuere confirmata: nihilominus Spirensis A.C. 1716.
 Senatus publicis literis & libellis Epi-
 scopum & Catholicos de novo & vio-
 lento tumultu insimulavit, & in pro-
 pria caussa hac de re testes partium
 studio addictos, & Catholicos infensos,
 necnon etiam pauperes Catholicos a-
 cerbioris vexationis, & expulsionis
 metu adactos allegavit, ut de vi adhi-
 bita, & de ejusmodi supplicatione nun-
 quam per hanc portam deducta contra
 suam conscientiam testarentur, studiose
 tamen Senatus in omnibus hisce scri-
 ptis reticuit, quod prior ipsem dato
 portam occludendi mandato publicum
 Religionis Catholicæ exercitum tur-
 barit.

§. LXXIX.

*Scriptores Catholicæ hoc anno demor-
 tui, eorumque opera.*

Pluribus Scriptoribus Ecclesiasticis ob *Mezeau vie*
editorum operum præstantiam in- *d. Boileau*
clytis hoc anno mors calatum excus- *Cim. Mem.*
fit. Hos inter primus occurrit, Jaco- *mund. Cerf.*
bus Boileau, qui scripsit Historiam Fla- *Bibl. des*
gellantum, de antiquo jure Presbyte- *Auth.*
rorum in regimine Ecclesiastico, de a-
adoratione Eucharistiæ, de Sanguine
Corporis Christi post resurrectionem,
de

Sæc. XVIII. de re vestiaria hominis sacri, de appro-
A. C. 1716. batione librorum circa res Sacras, de

re beneficiaria, de antiquis & majoribus caussis Episcoporum, de Magistris, tractatus ad decretalem super specula, de officio Episcoporum, de necessitate contritionis, Historiam Confessionis auricularis, observations contra librum Gaudentii de Assumptione B. V. observations cujusdam Theologi in tractatum Maimburgi de Statu Ecclesiae Romanae, præter alia plura potissimum suppresso suo nomine edita. II. Jacob Faber Sorbonæ Doctor, qui in Bastille carceribus aliquamdiu hæsit, eoquod Sorbonam circa Sinensium ritus contra Jesuitas propugnaverat, edito libro, cui titulus: *Anti-Diarium comitiorum Sorbonicorum*: Edidit quoque Discursus Eudoxii & Eucharisti contra Maimburgum, invicta argumenta ad convincendos Calvinistas, colloquia de caussis, ob quas Protestantes se ab Ecclesia segregarunt, epitome omnium pro vel contra Protestantes in Galliis gestorum, criticas observations in Historiam Ecclesiasticam P. Natalis Alexandre & conciliationem contradictionum apparentium S. Scripturæ. III. Ludolphus Küster, qui Parisiis palam ejurata Lutheri secta fidem Catholicam tertio ante obitum suum anno ample-

xatus

xatus publici juris fecit Bibliothecam Sæc. XVIII.
librorum novorum, novum Testamen- A.C. 1716.
tum Millii, & dissertationem de Museo
Alexandrino: concinnabat etiam no-
vam editionem Hesychii, & Thesauri
linquæ latinæ Stephaniani, quæ ta-
men opera morte præventus complere
haud poterat. IV. Obiere etiam hoc
anno PP. Heylot ex tertio Ordine S.
Francisci, & Renatus Mesuet, Bene-
dictinus ex Congregatione S. Mauri,
quorum prior conscripsit Historiam de
Ordinibus Monasticis, & alter consue-
bat epistolam cuiusdam Abbatis Ger-
mani contra novam editionem operum
S. Augustini. Adornavit etiam novam
editionem operum S. Irenæi, sub hoc
titulo: *Sancti Irenæi Episcopi Lugdu-
nensis & Martyris detectionis, & ever-
sionis falso cognominatæ agnitionis con-
tra hæreses Lib. V.* Hæc editio emen-
datior est illis, quas antea P. Feuar-
dentius & Ernestus Grabeus concin-
narunt. Prosequebatur quoque quin-
tum tomum Annalium Benedictinorum
a P. Mabillonio inchoatum. V. Ho-
norius ab omnibus Sanctis Ord. Car-
melitarum Discalceatorum Præpositus
Generalis, S. Congregationis Rituum
& Indicis Consultor, & S. Officii Qua-
lificator publici juris fecit Mysticam &
moralem expositionem duorum Psal-
morum,

Sæc. XVIII morum, Prudentiam Spiritus, subi.
A. C. 1716. mem contemplationem & securam pa-
 cem in Christo, Animam Devotam æ-
 terni Verbi, Meditationes Institu-
 tions Eucharistiae, Passionis, & Mortis
 Christi, Animam devoutam in spiritu &
 veritate præter plura alia.

§. LXXX.

*Scriptorum Acatholicorum opm
& obitus.*

Ex Scriptoribus Acatholicis hoc anno
 defunctis celebriores sunt, I. Gott-
 fridus Guilielmus Leibnitzius, qui e-
 didit novam descendæ docendæque Ju-
 risprudentiæ methodum, specimen de-
 monstrationum politicarum, de jure
 suprematus ac legationis Principum
 Germaniæ sub ementito nomine Cæ-
 rini Fürstenerii, accessiones historicas,
 novissima Sinica, Dissertationem de ori-
 gine Francorum. Fabulam moralem,
 epistolas ad Pelissonium contra Eccle-
 siam Romanam, defensionem Trinitati-
 sis, confessionem naturæ contra Athæos,
 anecdota de vita Alexandri VI. Papæ
 præter plura alia Philosophica & Po-
 litica. II. Jacobus Gronovius, qui vul-
 gavit exercitationes academicas de calu
 & pernicie Judæ, & thesaurum anti-
 quitatum Græcarum. III. Joannes Fecht

scri-